CUjus rei *&* Clemens *ad Corinthios testis est, scribens;* Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare? Et supra in commentariis ad secundum caput, *Quæremus quoque quid sit, in quibus aliquando ambulastis, secundum seculum mundi hujus: utrumnam & aliud seculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus &* Clemens *in Epistola sua scribit.*

Photius in Bibliotheca. Cod. 113.

Οὗτος ὁ Κλήμης, ὑπεσταλμένῳ ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ὅπως ἔδοξε πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι.

Idem Cod. 126.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμβδος ὑπεσταλμένῳ πρὸς Κορινθίους δύο ἐνεφέρετο· ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὸ πρέπον αὐτοῖς εἰρωνίαν καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι, λύσαντας, καὶ ἔδαμνεν παύσασθαι τοῦ κακοῦ. ἁπλοῦς ὁ χρόνος τοῦ φράσαι καὶ σαφὴς ὄζιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀποστολικοῦ χαρακτῆρος. αἰτιᾶται δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν τούτοις· ὅπου τοῦ οἰκείου ἔξω, κόσμους πυκὰς ὑποτίθεται ἐνταῦθα· καὶ δεύτερον ἴσως, ὅπου ὡς πανάγαθος τὸ φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑπογράφει κέχρηται. καὶ τρίτον, ὅπου ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ πάνυ θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε φωνάς· ὃ μὲν οὐδ' ἀποδεκαλύπτει αὐτὸν ὀδαμοῦ ἐν τούτοις βλασφημεῖ.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ
ΠΡΟΣ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ
ΕΠΙΣΤΟΛΗ. β.

CLEMENTIS
AD
CORINTHIOS
Epistola. II.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ

Επισκόπου Επιστολὴ πρὸς Κορινθίους

ΔΕΥΤΕΡΑ.

ΑΔελφοὶ, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ ἀκούοντες * ὡσπερ μικρῶν, ἁμαρτάνομεν, καὶ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ ἀνταμοιβὴν ἀποδώσομεν; ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα γὰρ αὐτῷ ὀφειλόμεθα ὅσια; τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσ-

ἴσ. ὡς περὶ.

SANCTI CLEMENTIS

Episcopi Romani, Epistola ad Corinthios Secunda.

Fratres, ita sentire nos oportet de Jesu Christo, tanquam de Deo, tanquam de judice vivorum & mortuorum; nec decet nos humilia sentire de salute nostra: dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam accepturos nos speramus: & dum tanquam exigua, audimus, peccamus, nescientes unde & quo modo vocati sumus, & à quo, & in quem locum, & quanta sustinuit Jesus Christus pati propter nos. Quam igitur nos ipsi dabimus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum quæ nobis ipse dedit? Quanta vero ei debemus pia? Nam lucem nobis largitus est; tanquam pater filios nos appellavit;

pereuntes nos ſervavit. Qualem ipſi laudem tribuemus, aut mercedem compenſationis eorum quæ accepimus? Qui mente eramus capti; & adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum, atque æs, hominum opera; & tota noſtra vita nihil aliud erat quam mors. Obſcuritate itaque circumdati, & tali caligine plenum habentes viſum, reſpeximus, ipſius voluntate deponentes eam qua cingebamur nebulam. Nam miſeratus eſt nos; & viſceribus commotus, ſalvos fecit; cum in nobis multum errorem ac interitum ſpectaſſet, nec habere nos ullam ſalutis ſpem, niſi eam quæ ab ipſo. Vocavit enim nos qui non eramus, & voluit è nihilo eſſe nos.

Iſ. 54. 1. II. *Lætare ſterilis, quæ non paris; erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum.* Quod dixit, *Lætare ſterilis quæ non paris*; nos dixit: ſterilis quippe erat Eccleſia noſtra, ante quam dati eſſent ei liberi. Quod vero dixit, *Clama quæ non parturis*; hoc dicit, Preces noſtras ad Deum omnino,

παρεσκηνόρδυσεν, ἀπολυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. * Ποῖόων αἶνον σὺν τῷ δώσομεν, ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; πρὸ ὄντες τῇ ἀμαυρότητι, παρεσκευασμένοι λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκόν, ἔργα ἀνθρώπων, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν ἔν παρειλήφαμεν, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι ἐκεῖνο ὃ παρειλήφαμεν νέφος, τῇ αὐτοῦ δηλήσει. Ηλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγχνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα * ἔχοντες σωτηρίας, εἰ μὴ παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν γὰρ ἡμᾶς καὶ ὄντας, καὶ ἦν δήλωσεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

Ἰσ. Ποῖον.

Ἰσ. ἔχον-τας.

Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Ο εἶπεν, Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ἡμᾶς εἶπεν στεῖρα γὰρ ἦν ἡ ἐκκλησία ἡμῶν πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ο δὲ εἶπεν, Βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, τοῦτο λέγει, τὰς προσδοκίας ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι,

ἴσ. ἐκκακῶμεν. σίγησαι, * ἐκκακῶμεν. Ο δὲ εἶπεν, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα· ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐσμὲν ἡμεῖς τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ γραφὴ λέγει, ὅτι οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς. Τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολωλότας σώζειν. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστόν, ἃ τὰ ἐξῶντα σημεῖζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα· ὅτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα, καὶ ἔσωσεν πολλοὺς ἐλθὼν, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολωλότας.

Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσας αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς· ἀρκοῦσον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς ἐθύομεν, καὶ ἐπροσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἐγνώμεν δὲ αὐτὸν τὸν πατέρα τῆς ἀληθείας πῶς ἡ γνῶσις ἡ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀγνοεῖσθαι δι' ὃ ἐγνώμεν αὐτόν; Λέγει γὰρ καὶ αὐτός, Τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ πατρός μου. Οὗτος οὖν ἐστιν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δὲ οὖ

mnino, ut parturientes ſolent, non deficiamus referre Quod autem dixit, *Quia multi filii deſertæ, magis quam ejus quæ habet virum*: Quandoquidem populus noſter deſertus eſſe videbatur & Deo orbatus; nunc vero cum credidimus, plures facti ſumus iis qui Deum habere cenſebantur. Alia quoque Scriptura ait, *Non veni vocare juſtos, ſed peccatores.* Hoc dicit: quod debeat pereuntes ſervare. Illud ſiquidem magnum & admirabile eſt; non, fulcire quæ ſtant, ſed quæ cadunt. Sic & Chriſtus ſervare voluit pereuntia, & multos ſervavit dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit. Mat. 9. 13.

III. Cum igitur tantam miſericordiam erga nos ipſe fecerit: primo quidem, quod nos qui vivimus, Diis mortuis non ſacrificamus, nec adoramus eos; ſed per ipſum, cognovimus veritatis Patrem: quænam eſt agnitio ad eum, niſi ut non negemus illum per quem agnovimus eum? Ait vero etiam ipſe, *Qui me confeſſus fuerit in conſpectu hominum, confitebor ipſum in conſpectu Patris mei.* Hæc eſt itaque Mat. 10. 32.

que merces noſtra, ſi quidem confiteamur eum per quem ſervati ſumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quæ dicit, & mandata illius non ſpernendo; nec ſolum labiis eum honorando, ſed ex toto corde, & ex tota mente. Dicit quippe in Eſaia, *Populus iſte labiis me honorat: cor autem eorum longe abeſt à me.*

Iſ. 29. 13.

IV. Non modo igitur ipſum vocemus Dominum: id enim non ſalvabit nos: ſiquidem ait, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, ſalvabitur; ſed qui facit juſtitiam.* Itaque, fratres, in operibus ipſum confiteamur; in diligendo alii alios; in non adulterando, neque obtrectando invicem; neque æmulando; ſed vivendo in continentia, miſericordia, bonitate: & compaſſione mutua duci debemus; at non pecuniæ cupiditate: atque in bonis operibus confiteamur Deum; non autem in contrariis: nec timendi nobis ſunt homines, ſed potius Deus. Idcirco, nobis hæc facientibus, dixit Dominus: *Si fueritis mecum congregati in ſinu meo,*

Mat. 7. 21.

Mat. 7. 23.
Luc. 13. 27.

&

οὗ ἐσώθημεν. Εν τίνι ὃ αὐτὸν ὁμολογῶμεν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῆς ἐντολῆς, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει ὃ καὶ ἐν τῷ Ησαΐα, Ο λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ.

Μὴ μόνον δὲν αὐτὸν καλῶμεν κύριον· ἐγὼ δὲ τοῦτο σώσει ἡμᾶς· λέγει γάρ, Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, κύριε, κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὸ δικαιοσύνην. Ωστε ἂν, ἀδελφοὶ, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῇ ἀγαπᾷν αὐτοὺς, ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθοὺς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἔν τε ἀγαθοῖς τοῖς ἔργοις ὁμολογῶμεν τῷ Θεῷ, καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τὸν ἀνθρώπους, μᾶλλον ἀλλὰ τὸν Θεόν. Διὰ τοῦτο τοῦτα ἡμῖν παρακελεύεται εἶπεν ὁ κύριος, Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μου, καὶ μὴ ποιεῖτε τὰς ἐντο-

ἐντολάς μου, ἀποβαλῶ ὑμᾶς, καὶ ἐρῶ ὑμῖν. Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, πόθεν ἔστε, ἐργάται ἀνομίας.

Ὅθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ κύριος, Ἐσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει, Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ, Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτέννοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς, ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός. Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ὄρασις αὕτη ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμασή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου. Τί οὖν ἐστιν ποιήσαντας ὀπιτυχεῖν αὐτῆ, εἰ μὴ τὸ ὁσίως καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ

κοσμικὰ

& non feceritis mandata mea, abjiciam vos, & dicam vobis, Discedite à me: nescio vos, unde sitis, operarii iniquitatis.

V. Unde, fratres, derelicto mundi hujus incolatu, faciamus voluntatem ejus qui vocavit nos; & non vereamur de hoc mundo exire. Ait enim Dominus, *Eritis velut agni in medio luporum. Respondens autem Petrus ei dicit; Si ergo lupi agnos discerpserint? Dixit Iesus Petro; Ne timeant agni post mortem suam lupos: & vos nolite timere eos qui occidunt vos, & post nihil vobis possunt facere; sed timete eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animæ & corporis, ut mittat in gehennam ignis.* Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis hujus in hoc mundo, brevis est ac pauci temporis; promissio autem Christi, magna & admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitæ æternæ. Quid igitur faciendo, ea consequi poterimus, nisi sancte justeque vivendo ac operando; & mundana hæc tanquam

Ex Evang. sec. Ægypt. Mat. 10. 16. Luc. 10. 3. Mat. 10. 28. Luc. 12. 4, 5.

aliena putando? Nec illa concupiscendo: dum enim ipsa possidere concupiscimus, excidimus à via justa.

VI. Dicit autem Dominus, *Nullus servus potest duobus Dominis servire.* Si nos volumus & *Deo servire & Mammonæ*, incommodum nobis est. *Nam quæ utilitas, si quis universum mundum lucretur, animam autem detrimento afficiat?* Porro hoc sæculum, & futurum sunt duo inimici. Illud, adulterium, corruptelam, avaritiam & fraudem prædicat: hoc vero, istis renunciat. Non ergo possumus amborum amici esse: oportet autem ut illi valedicentes, hoc utamur. Putemus melius esse, quæ hic sunt odisse, quia parva & exigui temporis & corruptioni obnoxia sunt; quæ ibi sunt diligere, utpote bona & incorrupta. Facientes enim Christi voluntatem, requiem inveniemus: sin minus nihil nos ab æterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus. Dicit autem & Scriptura in Ezechiele; *Si Noe, & Job, & Daniel resurgant, non eruent liberos*

Luc. 16.13.

Mat. 16.26.

Ezec. 14. 14, 20.

κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἠγεῖσθε, καὶ μὴ ὀφθυμεῖν αὐτῆς; ἐν γὰρ τῷ ὀφθυμεῖν ἡμᾶς κλήσεσθαι ταῦτα, ἀποπίπομψε τὸ ὀδὸς τὸ δικαίως.

Λέγει δὲ ὁ κύριος· Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν. Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ Θεῷ δουλεύειν καὶ Μαμμωνᾷ, ἀσύμφορον ἡμῖν ὄζιν. Τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάντις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιώσῃ; * Εσιν δὲ ἕτερος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. Οὗτος λέγω μοιχείαν, καὶ φθοράν, καὶ φιλαργυρείαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσεται. Οὐ δυνάμεθα ἓν τὰ δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρῆσθαι. * Οἰόμεθα ὅτι βέλτιόν ὄζιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, διὰ ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ φθαρτά. Ποιήσαντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῆς ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ γραφὴ ἐν τῷ Ιεζεκιήλ· ὅτι ἐὰν ἀνῇσι Νωὲ καὶ Ιὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῆς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ. Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι

ἴσ. εἰσὶν.

ἴσ. οἰώμεθα.

σὺ δυνάσθαι τῆς αὐτῆς δικαιοσύνης ἐν-
σαθῆ τὰ τέκνα αὐτῆς, ἡμεῖς ἐὰν μὴ
τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀ-
μίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα
εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ; ἢ τίς ἡμῶν πα-
ράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα
ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια.

Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώ-
ἴσ. ἀγών. μεθα, εἰδότες ὅτι ἐν ταχεῖ ὁ * ἀγὼν καὶ
" ὑπὲρ εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέου-
σιν πολλοὶ, ἀλλ' ὀλίγοι στεφανοῦνται,
εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ κα-
λῶς ἀγωνισάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώ-
μεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. Ὡσὶ
ἴσ. θέωμεν. * δῶμεν τὸ ὀδὸν τῷ σωτῆρι, ἀγῶνα
ἴσ. αὐτὸν. τὸ ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς * ἑαυτὸν
καταπλέωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα
καὶ στεφανωθῶμεν· καὶ, εἰ μὴ δυνάμεθα ἅ-
παντες στεφανωθῆναι, ἀλλ' ἐγγὺς τοῦ
στεφάνου γενώμεθα. Εἰδέναι ἡμᾶς δεῖ
ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζό-
μενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστι-
γωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ
σταδίου. Τί δοκεῖτε; ὁ τὸν τῆς ἀφ-
θαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί παθεῖ-
ται;

ſuos in captivitate. Quod ſi adeo juſti viri, non poſſunt juſtitiis ſuis eruere liberos ſuos; nos, niſi Baptiſma purum & immaculatum ſervaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei? aut quis advocatus noſter erit, ſi non inveniamur opera pia & juſta habere?

VII. Quocirca, fratres mei, certemus ac contendamus, ſcientes quod præ manibus eſt certamen; & quod ad corruptibilia certamina multi appellunt, ſed non omnes coronantur, niſi qui plurimum laboraverint, & præclare certarunt. Nos igitur certemus, ut omnes coronam reportemus. Ergo curramus viam rectam, certamen incorruptibile; & multi ad ipſum navigemus; atque certemus, ut & coronemur: & ſi non poſſumus omnes coronari, ſaltem prope coronam ſimus. Scire nos oportet, quod qui certamen corruptibile certat, ſi corrumpere ac peccare inveniatur, flagellatus aufertur, & extra ſtadium projicitur. Quid vobis videtur? Qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur?

De iis enim, qui Sigillum non
Is. 66. 24. servaverint, ait; *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur; & erunt in visionem omni carni.*

VIII. Quamdiu ergo in terris degimus, pœnitentia ducamur. Lutum quippe sumus in manu artificis. Quemadmodum enim figulus, si vas fecerit, illudque in manibus ejus distortum fuerit aut contritum, rursus ipsum refingit; sin vero anteoccupans, in fornacem ignis miserit illud, non amplius poterit suppetias ipsi ferre: ita & nos, quamdiu sumus in hoc mundo, de malis quæ in carne gessimus, ex toto corde resipiscamus, ut à Domino salvemur; dum habemus tempus pœnitentiæ. Postquam enim è mundo exivimus, non amplius possumus ibi confiteri, aut pœnitentiam adhuc agere. Quare, fratres, voluntatem Patris facientes, & carnem servantes castam, & mandata Domini custodientes, consequemur vitam æternam. Ait quippe Dominus in Evangelio, *Si parvum*
Luc. 16. 12, 10. *non servastis, quis magnum vobis dabit?*

σαι; τ γὰ μὴ πεπισεύκασιν, φησὶν, ὅτ ἐφανερώθη, ὁ σκώληξ αὐτῶν ὁ τελευτήσει, κὴ τὸ πῦρ αὐτῶν ὁ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅραμα πάσῃ σαρκί.

Ὡς ἂν ἐσμὲν ὅτι μὴς, μετανοήσωμεν. Πηλὸς γὰρ ἐσμὲν εἰς τ χεῖρα τ τεχνίτου. Οὐ πρόπαν γὰρ ὁ κεραμεὺς, ἐὰν ποιῇ σκεῦος, κὴ ἐν ταῖς χρσὶν αὐτοῦ ἁμαρτάνῃ, ἢ συντρίβῃ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσσει· ἐὰν δ πορφθάσῃ εἰς τ κάμινον τ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βουλήσει αὐτό· οὕτως κὴ ἡμεῖς ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἁ ἐπορέξαμεν πονηρὰ, μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τ καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ἕως τ κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξυπνισθῆναι ἡμᾶς ἐκ τ κόσμου, οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι ἢ μετανοεῖν ἔτι. Ὥστε, ἀδελφοὶ, ποιήσαντες τὸ θέλημα τ πατρὸς, κὴ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, κὴ τὰς ἐντολὰς τ κυρίου φυλάξαντες, λημψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. Λέγει γὰρ κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ. Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστὸς

ἐν

ἐν ἐλαχίσῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν. Ἆρα οὖν τοῦτο λέγει· Τηρήσατε τὴν σάρκα ἀγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν κομισώμεθα.

ἴσ. ἀσπιλάβητε.

Καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται, οὐδὲ ἀνίσταται. Γνῶτε ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. Ον τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. Ο Ιησοῦς Χριστὸς ὁ κύριος, ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ, καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀπολημψόμεθα τὸν μισθόν. Ἀγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἐλθοῦμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Εως ἔχομεν καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. Ποίαν; τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. Προγνώστης γὰρ ὄντως τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. Δῶμεν οὖν αὐτῷ *αἰώνιον, μὴ ἀπὸ σώματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς παραδέξηται ὡς Θεοῦ υἱούς. Καὶ γὰρ

ἴσ. αἴνον.

εἶπεν

bit? Dico enim vobis; Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est. Hoc ergo dicit; Servate carnem castam, & sigillum immaculatum, ut recipiatis vitam æternam.

IX. Et nemo vestrum dicat, quod hæc caro non judicatur, neque resurgit. Agnoscite in quo servati estis, in quo visum recepistis; nisi dum in hac carne vivitis. Nos ergo decet, carnem sicut templum Dei custodire. Quemadmodum enim in carne vocati estis, ita in carne venietis. Jesus Christus Dominus, qui nos servavit, cum primum esset spiritus, caro factus est, atq; sic vocavit nos: ita etiam nos in hac carne mercedem recipiemus. Diligamus igitur nos invicem, ut veniamus omnes in regnum Dei. Donec tempus habemus in quo sanemur, dedamus nos medico Deo, remunerationem ipsi tribuentes. Quam? Pœnitentiam ex sincero corde. Namque præscius omnium est, & quæ in corde nostro versantur novit. Demus itaque illi laudem, non ab ore solum, sed etiam ex corde; ut nos tamquam Dei filios suscipiat. Etenim Dominus 1Cor.15.12.

Mat. 12.50. nus dixit; *Fratres mei sunt ii, qui faciunt voluntatem Patris mei.*

X. Ergo, fratres mei, faciamus voluntatem Patris, qui vocavit nos, ut vivamus; & persequamur potius virtutem, vitium autem derelinquamus, veluti præcursorem suppliciorum nostrorum; & fugiamus impietatem, ne nos mala comprehendant. Nam si bene agere studuerimus, consectabitur nos pax. Ob eam siquidem causam non est reperire hominem. Quilibet enim humanis timoribus ductantur, præponentes voluptatem præsentem repromissioni futuræ. Ignorant enim quantum habeat tormentum, hujus sæculi usus; & quales habeat delicias futura promissio. Ac quidem si ipsi soli ista facerent, tolerabile esset: jam vero perseverant, insontes animas pravis doctrinis imbuere; nescientes quod duplicem habebunt condemnationem, & ipsi, & qui audiunt eos.

Heb. 11.25.

XI. Nos ergo in corde mundo, Deo serviamus, & erimus justi: quod si non servierimus, non cre-

εἴπερ ὁ κύριος· ἀδελφοί μου ἔτοί εἰσιν, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου.

Ὥστε, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς, τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς πορνοδιδάσκαλον τῆς *ἀμυρραίων ἡμῶν, καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ τὰ κακά. Ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, διώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ τοῦτο γὰρ τὴν πίστιν καὶ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον. Οἵτινες γὰρ ἄγουσι φόβους ἀνθρωπίνους, παρεσκηνημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν. Ἀγνοοῦσι γὰρ ἡλίκων ἐχόντων ἐστὶν ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπασχον, ἀνεκτὸν ἦν. Νῦν δὲ διδάσκοντες κακοδιδασκαλοῦντες τὰς *ἀνεπίβους ψυχὰς, καὶ εἰδότες ὅτι δώσουσιν ἔξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν.

Ἡμεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ τὸ μὴ πιστεύειν

ἡμᾶς

*ἴσ. πιμωρεῶν.

*ἴσ. ἀναιτίους.

ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωροι ἐσώμεθα. Λέγει γὰρ ὁ προφητικὸς λόγος· Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ ἀψυχοι, οἱ
Ep. 1. ἀπὸ. διστάζοντες τῇ καρδίᾳ, οἵτινες λέγουσι· ταῦτα πάντα ἠκούσαμεν καὶ * ὅτι καὶ οἱ πατέρων ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, οὐδὲν τούτων ἐπράξαμεν. Ἄνοητοι, συμβάλεσθε ἑαυτοῖς ξύλον λάβετε ἄμπελον· προσῶπον μὲν φυλλοβόλοῦν, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μεθ' ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεσκεύασται· ὅταν καὶ ὁ λαὸς μου ἀκαλασίας καὶ θλίψεις ἔχῃ, ἐπὶ τὸν δεσπότην τὰ ἀγαθὰ. Ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ ἀψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιστὸς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀνταποδόσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσελθόμεθα εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ λημψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, ἃς οὖς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὐδὲ ὀπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.

Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ' ὥραν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφα-

νείας

credendo pollicitationi Dei, erimus miſeri. Dicit enim ſermo Propheticus, *Miſeri ſunt qui animo duplices, & corde incerti ſunt; quique dicunt, Hæc omnia audivimus etiam à patribus noſtris; nos vero diem de die expectantes, nihil horum vidimus.* Amentes comparate vos arbori: ſumite vitem: primo quidem foliis defluit, deinde germinat; poſtea uva acerba oritur, indeque uva matura: ita & populus meus agitationes & preſſuras tulit; dehinc vero bona excipiet. Itaque, fratres mei, animo ne vacillemus, ſed ſperantes ſuſtineamus, ut & mercedem reportemus. Fidelis enim eſt qui pollicitus eſt ſe unicuique retributurum operum remunerationes. Si ergo fecerimus juſtitiam coram Deo, in regnum illius ingrediemur, & accipiemus promiſſiones, *quas auris non audivit, nec oculus vidit, quæque in cor hominis non aſcenderunt.* 1 Cor. 2. 9.

XII. Igitur in horas regnum Dei expectemus, in caritate & juſtitia: quandoquidem Dei ad-

ventus diem nescimus. Interrogatus enim à quodam ipse Dominus; quando venturum esset regnum ejus, dixit; * *Cum duo erunt*
Ex Apoch. *unum, & quod foris ut quod intus, & masculum cum femina, neque mas neque femina. Duo* autem sunt *unum*; quando alter ad alterum loquemur veritatem, & in duobus corporibus sincere & absque simulatione fuerit una anima. *Et quod foris ut quod intus*: hoc ait: animam vocat, *quod intus*; & corpus, *quod foris.* Quo modo igitur corpus tuum conspicuum est, ita & anima tua manifesta sit in bonis operibus. *Et masculum cum femina, neque mas neque femina*; hoc *****

* Vid. Clem. Alex. Strom. 3. p. 465.

Reliqua desunt.

γείας τ̃ Θεῦ. Επρωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτῶν ἡ βασιλεία, εἶπεν· Οταν ἔσται τὰ δύο ἓν, καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ὅτε ἄρσεν ὅτε θῆλυ. Τὰ δύο δέ ἐστιν, ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἶη μία ψυχή. Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω· τοῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει τὸ ἔσω, τὸ δὲ ἔξω τὸ σῶμα λέγει. Ον τρόπον ἂν σου τὸ σῶμα φαίνεται, οὕτως καὶ ἡ ψυχή σου δῆλον ἔσω ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις. Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, ὅτε ἄρσεν ὅτε θῆλυ· τοῦτο ********

NOTÆ
IN
B. *CLEMENTIS*
EPISTOLAM I.
AD
CORINTHIOS.

Pag. 1. *ἡ ἐκκλησία*] Rectissimè statuit eruditissimus *Junius*, *veteres primitivæ Ecclesiæ Scriptores non tantum gregibus sibi commissis attendisse, verum etiam curam suam & solicitudinem ad longe dissitos extendisse; & quos vivâ voce propter locorum distantiam, in Verbo Domini & verâ pietate erudire non poterant, per epistolas monere, consulere, objurgare, interdum & universam fraternitatem alloqui & hortari non desiisse.* At non solum singulares *personæ*, aut ecclesiarum *Præfecti*, sed tota ecclesiarum *Universitas* hoc ipsum præstabat. Sic *Smyrnensis* ecclesia ad illam quæ in *Ponto* erat, literas suas dedit, quarum maximam partem legere est apud *Euseb. l.* 4. *Hist. c.* 14. & eas totas, si non per interpolationes plus quam totas, ex editione reverendissimi *Usserii Armach.* Sic etiam ecclesiæ *Viennæ* & *Lugduni Galliarum* epistola apud eundem *Eusebium* occurrit: adeo non singularis exempli res est præsentis Epistolæ formula, Ecclesiæ *Romanæ* nomine perscriptæ. Quin & observandum venit instituti hujus causas non adeo à fraterna illa *caritate* & animarum

marum *zelo*, quibus olim christianorum mentes incaluerunt, quam ex *regiminis* ecclesiastici & individuæ *unitatis*, quæ fideles universos conjunxerat, vi & necessitate esse repetendas. Quisquis enim ecclesiæ cujusvis membrum audiebat, aliis quibuscunque protenus adnectebatur; & qui ab aliqua meruerat ejici, ab universis utique extoris habebatur. Unde referente *Tertulliano in præscr. adv. Hæres. Tot ac tantæ ecclesiæ una est illa ab Apostolis prima, ex qua omnes: sic omnes primæ, & omnes apostolicæ, dum unam omnes probant unitatem: communicatio pacis, & appellatio fraternitatis, & contesseratio hospitalitatis, quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Cujus viri satis prærupta licet valida sensa, verbis ut solet magis *romanis* effert *Cyprianus lib. de Unit. Eccles. Episcopatus unus est, cujus à singulis in solidum pars tenetur.* Et *Optat. Milev. l.* 2. *Totus Orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat.* Hinc *S. Ignatius* ad *Smyrnæos*, *Ephesios*, *Magnesios*, *Philadelphicos*, *Trallesios*, & *Romanos*, epistolas perscripsit.

ſcripſit, *Polycarpus* ad *Philippenſes*. *Dionyſius* ad *Lacedæmonios*, *Athenienſes*, *Nicomedienſes*, *Cretenſes*, *Ponticos* & *Romanos*. *Cyprianus* ad clerum *Romanum*, clerum & plebem *Hiſpaniarum*, ad *Numidas*, *Thybaritanos*, *Furnitanos* & *Aſſuritanos*: ut non ad ſequioris ſeculi ſcriptores deſcendam. Hinc etiam epiſtolæ *Synodicæ*, fidei, quam quiſque Epiſcopus profitebatur *indices*, ortum duxêre. Quæ quidem mittebantur non obſequii cauſa ad ſedem *romanam*, ſed ad omnes undique ex æquo eccleſias: cui muneri minime eximebatur ipſe romanus pontifex, teſtante *Gelaſio primo*, qui ait, *Mos eſt romanæ eccleſiæ ſacerdote noviter conſtituto formam fidei ſuæ ad ſanctas eccleſias prorogare*. Unde *epiſt.* 1. & 2. habetur fidei ejus confeſſio univerſis *Dardaniæ* epiſcopis, & aliis. Quod ipſum cum ab eo poſcebat *Euphemius Conſtantinop.* reſpondet *Gelaſius*. *Fuit quondam eccleſiaſtica hæc regula apud patres noſtros, quibus una catholica apoſtolicaque communio, ab omni prævaricatorum libera pollutione conſtabat*. *Epiſt.* 9. Idem *Gregorium* magnum præ-

præstitisse affirmat *Joh. Diaconus* in vita *Greg. magni*, quam epistolam videre est in operibus quæ extant *Ep.* 24. Imo vero nec vel ipsi *Hæresiarchæ* huic officio defuere, sed licet ab ecclesiâ se ultro dividerent, eidem tamen adhærere ambitione satis præposterâ usque affectabant. Ex *Socrate*, *Theodorito*, & aliis discimus quanto studio *Arrianarum* partium antesignani, scriptis undique epistolis, synodisque congregatis, ecclesiis sese commendabant. Quin *Montanus* id satagebat & tantum non obtinuit, ut à *Zepherino* pontifice romano, ipse unâ cum prophetiis suis admitteretur; si *Tertull. lib. cont. Prax.* in sua causa fides. Ita & *Marcion*, teste *Epiphanio*, à patre suo *Sinopensi* Episcopo ejectus, eidem ecclesiæ romanæ seipsum adjungere diligenter attentabat. Quibus rite præstructis, facilis ad sequentem epistolam patebit aditus. Nimirum quando teterrima seditio, illâ longe improbior quæ *D. Pauli* temporibus gliscebat, *Corinthiorum* ecclesiam divexabat, expectandum erat ut deinceps pro ecclesiæ lege & more, tum seditiosi, tum

tum etiam episcopi per vim & nefas ejecti, nec non ipsa demum Ecclesia male mulctata, querelas & ἐπιζητήσεις suas quarum mentio statim sequitur, interponerent: responsumque omnes & singuli ferrent, non ab episcopo tantum, sed quod hic factum videmus, ab ipsa etiam ecclesiæ universitate. De charactere epistolæ istius non opus est multa dicantur: siquidem licet à decretalium quas Papæ longo intervallo sequentes imperioso stilo dictarunt (proximiora enim sunt suppositia) prorsus sit aliena; ἰκανωτάτη γραφὴ à *S. Irænæo*, ab *Eusebio* μεγάλης θαυμασίας, *Hieron.* valde utilis, & Epistolæ ad *Hebr.* consimilis, & demũ à tota ecclesia publice legi & tantum non *Canonica* haberi meruit.

Pag. 1. Παροικούσῃ Κόρινθον] Negari minime debet παροικεῖν idem sæpissime esse quod παρεπιδημεῖν, & proinde versionem Doctissimi *Junii* rectissime esse institutam; præsertim cum is nascentis ecclesiæ status, ut sub *imperatoribus* ethnicis & ut plurimum persecutoribus, nullibi stabilem & permanentem possideret locum, sed patriam cœlestem anhelans, vitam in terris vagam

vagam & dubiam tanquam hospes & peregrina transigeret; πατρίδας ἔχουσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι, μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πᾶσαν ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη πατρὶς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς ξένη, ut inquit *Justinus* ad *Diognet.* Interea tamen advertere licebit παροίκους non modo inquilinos & hospites, sed in vicinia habitantes *cives* & indigenas à probatissimis autoribus passim dici. & non tantum continentia ædificia, sed *pomœrium* & universam quaqua patet *suburbicariam* regionem, &, ut *Theophili Antecess.* verbis utar, πάντας τοὺς ἐκτὸς τῆς πόλεως ἀγρούς, urbibus accenseri: quodque ad rem præsentem imprimis spectat, in manifesto est minores ecclesias familiam atq; nomen à matricibus ducere; unde epistola *D. Pauli* quæ ad *Corinthios* inscribitur, omnibus totius *Achaiæ* Ecclesiis, teste ipso Apostolo, mittebatur, nim. τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ, 2 *Cor.* 1. Insuper collecta *Hierosolymas* mittenda, 1 *Cor.* 16. 1. & 2 *Cor.* 8, 9. ad totam *Achaiam* pertinuit, quod constare poterit ex *Rom.* 15. 26. & 2 *Cor.* 9. 2. Quidemum *Corinthios* irrigasse dicebatur

tur *Apollos*, 1 *Cor.* 3 6 totam *Achaiam* perluſtrâſſe fertur, *Act.* 18. 27. Pari ratione cum *Smyrnenſis* eccleſia apud *Euſeb. l.* 4. *c.* 14. epiſtolam ſuam inſcribit πάσῃ κ) Πόντου παροικίαις, & ibidem *Dionyſius* τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας· *Philippus* τῆς Γορτυναίων παροικίας, epiſcopi perhibentur; utrobique regiones omnes iſtis matricibus Eccleſiis, & eidem Epiſcopali curæ ſubjectæ intelligendæ veniunt. Priſcis ſiquidem temporibus idem fere erat *Paræcia* quod nunc dierum *Diœceſis* diceretur. Sic *Can.* 18. *Concil. Ancyrani*, εἵτινες ἐπίσκοποι καταστάντες, κ) μὴ δεχθέντες ὑπὸ παροικίας ἐκείνης εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέροις βάλοιντο παροικίαις εἰσπέσαι, κ) βιάζεσθαι τὰς καθεζώσας, κ) σείειν κινεῖν κατ' αὐτῶν, τέτας ἀφορίζεσθαι. Fruſtra itaque ſunt ii, qui ex plurium presbyterorum hac in epiſtola ad chriſtianos Κόρινθον παροικοῦντας mentione, rem hierarchicam concidiſſe autumant, & presbyteranæ ἰσοπολίας imaginem & typum exhiberi gloriantur.

Pag. 1. Διὰ χλοιμβρίας συμφορᾶς.] Ex hiſce verbis colligit *e uditiſſimus* Junius *veriſimile eſſe hanc* Epiſtolam

 fuiſſe

fuisse conscriptam à Clemente *in exilio constituto.* Sed puto, bonæ fidei rem non esse, siquis alieno nomine literas mitteret, quo tempore constaret eum peregre versari, nec convenire aut alloqui eos posse quorum verbis se scribere profitetur. Præterea solennis illa *legatio*, quæ in calce epistolæ recensetur, argumento erit hæc ab *Insulâ* aut *Metallo* minime fuisse transmissa. Et quidem si *Anonymo* Autori, qui de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte *Petri* & *Pauli* scripsit, & in bibliothecâ *Arundelianâ* habetur, quique ab illustrissimo *Junio* laudari meruit, fides sit habenda, saltem in illa persecutione quæ *B. Petrum* martyrio donavit, præteriebatur *Clemens* noster, & *Natalium* privilegio inviolatus permansit. Ait enim ille, οἱ τραπῶται παραχρῆμα πάντας συλλαβόμενοι (scil. qui Christo nomen dedissent) ἐπὶ τὸ καταδίκων ἄγειν τόπον, ἧ τὸν μὲν Κλήμεντα ὡς συγγενῆ τοῦ Καίσαρος φεύγοντα. Ἡρωδίωνα δὲ καὶ Ὀλυμπᾶν σὺν ἄλλοις πλήθει, τῇ τῶν ξίφους ὑπαγαγεῖν τιμῇ, Πέτρον δὲ τὸν μαγον τοῦ Κυρίου Ἀπόστολον ἀντιπροφωνεῖ σταυρῷ προσπηγνύειν. Ubi obiter notare est

est, pleroſque qui *Clementis* vitam ſcripſêre, ſuccedentium Pontificum majeſtatem ob oculos habentes, eum imperatoria familia ortum ſomniaſſe: & quæ de *Fabio Clemente* conſule, atque *Flaviæ Domitillæ* Viro retulerat *Dion. lib.* 67. ad noſtri decora congeſſiſſe.

Pag. 1. Δυσιάζομεν] Vox per conjecturam Doct. *Junii* reſtituta, quæ tamen vix alibi quam apud *Heſychium* reperitur, qui δυσιάζειν, φοβεῖσθαι, ὑποπτεύειν reddit. *Guietius* opinatur ab οἶω οἴομαι, οἴζω οἴζομαι, deduci, ſimplicius fortaſſe, νομίζομεν.

Pag. 5 Σεμνῶς οἰκουργεῖν] Non ſatis Chriſtianæ matrifamilias οἰκουρεῖν, domum curare, niſi fortis illius mulieris adinſtar, quam *Solom. Prov.* ultimo deſcribit, manum operi admoveat. Reddit *Junius* cum temperantia adminiſtrare; rectius fortaſſe, decore, aut cum matronali gravitate adminiſtrare dicerētur.

Pag. 5. Εφοδίοις] Perinde eſt ſive de animi, ſive etiam corporis viatico hæc intelligantur: ſenſus enim de utrovis recte conſtabit.

Pag. 9. Επαχωθῇ ἡ ἀπειλαλάκησεν] Pro ἀπειλαλάκησεν reponendum ἀπειλάκησεν,

λαλήσειν, quanquam notissimum sit infantes uberibus abstractos, protervos, importunos, querulosque & prorsus implacabiles esse. Hoc autem in loco semel observetur, *Clementem* in laudandis S. Scripturis apostolos imitatum, qui subinde sensa magis quam verba reddebant; nec id quidem distincte & seorsim, sed permistis, & quasi per spicilegium decerptis suffragiis. Nec tam ab *Hebræis* fontibus, quam 70 interpretum profluente, minus fortasse limpido, sed magis accommodo, omnibusq; exposito, hausisse. Locus similiter citatur à *B. Chrys. Hom.* 1. in *Genes.*

Pag. 9. Διὰ τοῦτο πόῤῥω ἄπειμι] Recedimus aliquanto à versione viri doctissimi, ut mens authoris expressius patere possit; qui utilissimum hoc effatum contra seculi *politicos* reddit; pessum iri morum curam pacemque civilem, contemtâ prius pietate.

Pag. 9. Ζῆλον ἄδικον τῆς ἀστοργίας ἀνελεήμονας] Fortasse dicit ἀνελεήμονας respectu habito ad seditionem *Pauli* tempore natam: de qua sub Epistolæ finem datâ operâ differit

ut ſenſus ſit, illos ad iniquam & impiam æmulationem denuo reverſos. *vid.* 1 *Cor.* 11. Ratio inſuper habenda particulæ ᾧ quæ immediate ſequitur δι' ὃ ᾧ ϗάντ@, per *quam etiam*, &c.

10. Διὰ ξύλου Ἀαρὼν τῆ Μαριὰμ] De *Miriam* ex textu ſacro conſtat eam caſtris excluſam, de *Aarone* non item; ſed S. literæ cum de pluribus loquuntur, ea generatim ſolent proferre, quæ parti tantum reverâ conveniunt. Sic de latronibus dictum, *Mat.* 27. 44. utroſque Domino maledixiſſe, cum D. *Lucas* unum ſolum ea in noxa fuiſſe diſtincte pronunciet. Sic D. *Lucas* & *Johannes* milites illudentes acetum Domino obtuliſſe aiunt. D. *Matthæus* unum ex iis id præſtitiſſe narrat. Ita D. *Paulus* Chriſtum poſt reſurrectionem ejus apparuiſſe refert τοῖς δώδεκα, cum tamen nec *Judas* qui ſuſpendio vitam finiverat, imo nec *Petrus*, nec *Thomas*, nec *Jacobus* tunc temporis interfuêre. Simili ritu in epiſtola ad *Hebræos* de pluribus dicitur, quod clauſerunt ora leonum, & ſerra erant diſſecti, quorum tamen unum ſoli *Dani-*

oli, alterum *Esaiæ* pertinet.

Pag. 13. Ἐπὶ πέρμα τῆ δύσεως] *Romæ*, hoc est in *Hesperia* sive *Italia*.

Pag. 14. Δανεΐδες καὶ Δίρκη.] Rectius, Δανάη τε καὶ Δίρκη. Apud Poetas fabulæ notissimæ; sed quas hic loci nemo facile expectaverit. Mendæ huic occasionem dedisse putat Doctissimus *Junius*, *Clementem Alexandrinum* qui *lib.* 4. *Strom.* dum repetit quæ postea hic habentur exempla, addit ex profana historia, & poëtarum fabulis fortium mulierum facta nonnulla, quæ gladios, ignes, & tormentorum cruciatus constanti & masculo animo contemserunt, (quod etiam in *lib. ad Martyras* à *Tertulliano* factum esse deprehenditur) inter quas *Danaï* filias, & *Danaïdis* autorem memorat: unde accidit ut cum in margine alicujus exemplaris hæ voces primum scriberentur, ab imperito aliquo librario postea in textum irrepserint: quas utcunque injuria inibi positas, loco movere contra exemplaris fidem religio erat.

Pag. 14. Ἐν τῷ αὐτῷ ἐσμὲν σκάμματι] *In eodem stadio versamur*, inquit Doctiss. *Jun.* qui una cum *Fabro*

bro recte nos docet σκάμμα non tantum locum certaminis & agonis, sed certamen ipsum significare. Cum vero sciamus ex *Julio Polluce* vocem hanc κυρίως dici περὶ πεντάθλου ἀλτικοῦ, & una conjungantur apud eum σκάμμα & κανών, ut scil. sit τὸ μέτρον τοῦ πηδήματος κανών, ὁ ὃν ὅρος τὸ ἐσκαμμένον, quas voces hic simul positas videmus, malumus τὸ σκάμμα *arenam* vertere, quandoquidem licet in stadio omnia exercitiorum genera celebrari solerent, tamen ad *cursores* peculiari magis jure spectare videbatur. Sed quia de usu σκαμμάτων, à scriptoribus agonisticis altum fere est silentium, breviter adnotandum duco, in *Athletarum* saltu non solum rationem habitam quousque quis prorsum emicaret, sed ut sursum & in altum subsiliret: qua ex parte quando satisfactum, tunc demum de emenso spatio contendere licebat, siquidem quicunque præteritis sulcorum obicibus compendia quærebat, inanem lusisse operam, atque esse ἔξω σκαμμάτων dicebatur.

Pag. 6. Κανόνα] Vox si quæ alia agonistica ut supra adnotatum, quomodo

modo perpetuo fere à D. *Paulo, scil.* 2 *Cor.* 10. 13, 15, 16. *Gal.* 6. 16. usurpatur, idem fere quod γραμμὴ, & aliquando quod κάνων. Satis ergo infeliciter *normam* reddidit interpres; nos *regulam* substituimus voce aliquantum latius patente.

Pag: 25. Στήλων ἁλὸς] *Josephus l.* 1. *antiq.* ejusdem seculi cum *Clemente* scriptor, ex oculorum fide hoc ipsum testatum facit, verbis disertissimis professus, ἰσόρηκα ἐγὼ αὐτὰ, ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει. Quam rem ne minus probabilem putemus, rationem istius diuturnitatis impendio admirandam assignat *Tertullianus, scil.* quod perpetuis temporibus reparetur, & si *quis advena formam mutilaverit, suggestu ex sese vulnera* protenus *complet*, & damna lucrifacit. Nec hic sistitur, sed & præsentis ævi scriptores, (quam recte alii judicent) etiamnum supereſſe asserunt vivacem hanc & suo quasi sale conditam statuam; imo catameniorum vices, ad feminarum morem, usque servare referunt idem *Tertullianus*, & *S. Iren. l.* 4.

Pag.

Pag. 25. Καταστησαι τὸν χῶρον αὐτῶν] *Junius* male vertit *eorum*, lege *ejus*.

Pag. 26. ἐκ τοῦ δεικνύειν αὐτοῖς ἐκείνους.] Minus probabile est contrariam viam ab illa ostensam, quæ profitebatur se nescire quo iverint exploratores.

Pag. 26. ἐ μόνον πίστις ἀλλὰ προφητεία ἐν τῇ γυναικὶ ἦν.] In Deo *Israelis* reposita fiducia, & ab ipso sperata salus, ante Domini adventum in *justitiam*, atque etiam *fidem reputabantur*, licet *Messiæ* futurus adventus, cum ejusdem incarnationis, mortis & resurrectionis mysteriis minime essent perspecte. Eodem jure pleræque res gestæ per totam legis oeconomiam *Prophetiæ* loco sunt habitæ, Deo eas ita dirigente ut futuræ redemtionis statum quadantenus adumbrarent. Ita ex *Ægypto* populi Israelitici exitus, transitus per *rubrum mare*, *serpentis æneæ* elevatio, ut innumera alia præteream, ad *Messiæ* tempora pertinuisse constat; sed præ aliis peculiari quodam jure, hæc servatæ vitæ quasi paschalis tessera; & in purpura sanguinis redemti pignus prophetiæ

phetiæ elogium meruisse videbuntur: siquidem in lege *Mosaica* perpetuus fere usus symboli istius, nimirum *Coccini* in omnibus cujuscunque generis piamentis & lustrationibus. Ita *Ep. ad Heb. cap* 9. *ver.* 19. cum universus populus accepta lege lustrari deberet, *Moses dicitur accepisse sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersisse.* Idem in leprosi purificatione factum, *Levit.* 14. 49. Imo vero ex *Talmude* discimus *God. Ioma. cap* 4. diem *Kippurim*, (qui si quis alius, expiationis per Domini sanguinem obtinendæ typum gessit) non sine לשון של זהורית lingua seu filamento coccino celebratam. Imo si *Gemaræ* ejusdem codicis, & libro *Juchasin* fides, exinde etiam de magnæ istius solennitatis successu judicium ferebatur; si enim expiatio rite peracta esset, coccus albedinem induerat היה לשון של זהורית מלבין suisque nivibus, similem reconciliatæ gentis innocentiam spospondisse fertur.

Pag.

Pag. 33. Τὸ Σκῆπτρον τ̃ς μιγαλωσύνης.] Respicit author ad *vers.* 6. *Ps.* 45. ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τ̃ς βασιλείας σου, quem locum adducit *Auth. ad Hebr. cap.* 18. ad divinas Christi prærogativas stabiliendum, quo etiam prolato concludit *Justin. Martyr* adversus *Tryphonem*, ὅτι καὶ ἀνθρωπός ἐστι, καὶ Θεὸς, ὁ Χριστός. Et quidem eo felicius ad retundendam *Judæorum* pertinaciam adducitur hic textus, siquidem ad *Messiam* pertinere vel ipsi fatentur *Rabbini*, scil. *Targum*, *Kimchi*, *Aben Ezra*, & *Salom. Jarchi*. Certe Christus *Dei Sceptrum*, quod potentiæ symbolum, rectissime dicitur, siquidem *per eum omnia facta sunt*, *quæ sunt facta*, Jo. 1. & ut ait *Author ad Heb.* τὸς αἰῶνας ἐποίησεν. Male ergo vapulat autor noster apud *Photium*, quod τ̃ν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων ἀδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε τοῖς αὐτ̃ φωναῖς. vid. *Procop.* ad *Exod. c.* 4.

Pag. 41. Ατμὶς ἀπὸ χύτρας] Observat doctissimus interpres has voces in *Pentateucho* non reperiri, variasque excusationes comminiscitur, illas scil. apud *Chrysost.* sparsas, μὴ διὰ τ̃ ῥημάτων ἀλλὰ διὰ αὐτ̃ν τ̃ πραγ-

πραγμάτων· ἢ διὰ τὸ νόημα κείμενον, μὴ ἐπ αὐτῶν τῶν ῥημάτων· ἢ ἐικὸς ἓ γέγραφθαι ἐν βίβλοις, ἓ ἠφανίαθ πὶ βίβλιν. Sed non opus est talibus Apologiis; quando compertissimum sit non omnia quæ dixerant viri sancti scriptis veteris testamenti mandari, magis quam quæ Dominus noster gessit & locutus est: de quibus ait Apostolus *Joh. ult.* si *scribantur per singula, mundum ipsum capere non posse eos qui scribendi sunt, libros.* Quin & *Autor ad Heb. cap.* 12. *v.* 21, huic ipsi *Mosi* verba attribuit, quæ non magis quam hæ, in *Pentateucho* comparent. Nullibi enim dicentem audimus ἔκφοβός εἰμι ἓ ἔντρομ☉. Interea tamen, utcunque alibi desiderentur hæc verba, saltem in *Psalterio* videntur occurrere, *Psalm* 119. *ver.* 83. היית כנאד בקיטור *ego sicut olla in fumo,* quanquam versio 70 interpretum aliud quiddam profiteatur: unde licet *Mosi* jure tribui non possint, *Davidi* fortassis, de quo statim mentio habetur, de facili restituentur. Rem serio pensitanti dubitatio non levis suboritur, locum hunc librarii injuria luxatum, ita posse reponi: τί ὃ εἶπα-

μὴ

μῶ ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαυὶδ ὡς ὃν εἶπεν ὁ θεὸς, εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαυὶδ τὸν τοῦ ἰεσσαὶ, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ ἔχρισα αὐτόν· ἀλλὰ δὲ αὐτὸς λέγει ὡς τὸν θεὸν, ἐγὼ εἰμὶ ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας· δὲ πάλιν λέγει, ἐλέησόν με ὁ θεὸς, &c. Fatendum quidem est, periodum hanc non aliter apud *Clementem Alexand.* quam hic haberi; sed qui meminerit quid de interpolatis *Danaïdum* & *Dirces* nominibus supra observatum, atque etiam perspexerit qua licentia utatur *Alexandrinus Clemens* in laudando hoc nostro, nimirum quasi ex nominis prærogativa de suo ubique ageret, adeo illum non testem genuinæ lectionis citabit, ut corruptæ potius insimulandum censeret. Adnotare insuper licebit voces has reperiri, *Hos.* 13. 3. licet enim nunc temporis legatur, ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δικτύων, & (ut alia exemplaria) ἀκελδῶν, quasi ex voce ארבה: tamen *Theodotio* & M. S. *Alex.* ὡς καπνοδόχης; & *B. Hieron.* è *fumario* reddidere; certe hic nullo sensu legitur sive ἀκελδῶν sive δικτύων, & verisimile pro χύτρας, librarii errore nunc haberi. Consonat etiam vox *Hebræa* ארבה

quæ non modo ὀπὴ & ὀχεὸς, sed apud *Rabbinos* כלי קטן exponitur: Arabes etiam اربية dicunt, nisi quod illi vas magnum velint. Hanc versionem agnoscit *Targum* in *Hos.* loco super laudato תנגז מכות נורא

Pag. 45. Οἱ ἥγεμονοι τῇ διοικήσει αὐτῶν σαλδυόμενοι] Interponit hic particulam *negativam* Doctissimus *Junius*; sed non facile quis sibi indulserit eam *dictaturam*, ut velit de suo *contradictoriam* opponere Authoris *vocibus* cujus mentem interpretari præse fert; præsertim si ejusdem verba commodum sensum ullatenus admittant: quod quidem hic loci contingere videtur. Quisquis enim perpetuam *cœlorum* vertiginem, *Planetarum* errores, apogea & perigea, progressiones, stationes & retrogradationes, & varia quæ subinde occurrunt *phænomena* observaverit: æstu quodam rapi, & marini fluctus ad instar σαλδεύεσθαι non diffitebitur: præsertim post explosos per solidissima argumenta solidos *orbes*, & inductas inde *Hypotheses*, de systematum liquido in æthere cevast.issimo in pelago decursu, & tantum

tum non in *Carteſianis* vorticibus perenni jactatione.

Pag. 46. Ωκεανὸν ἀνθρώποις ἀπέρατος] Per Oceanum impermeabilem, intelligit Doctiſſimus *Junius*, τὸν ἔξω θάλασσαν, vaſtiſſimum & apertiſſimum oceanum (quemadmodum *Cæſar* eum appellat) *Britannias* noſtras à toto orbe dividentem, quem S. *Baſilius* longo poſt *Clementem* intervallo πλοτῆρσιν ἀτόλμητον dixit; *Ambroſius*, *inauſum navigantibus*, atque *intentatum nautis*; *Libanius*, ἀπέρατον πέλαγος, *Solinus undoſum & inquietum, toto in anno non niſi æſtivis pauculis diebus navigabilem.* Sed certe rectius diffuſiſſimo *Atlantico* mari hæc convenient, præſertim cum ex *Suida* diſcamus, πάντα τὰ ἀπλωτα πελάγη, omnia innavigabilia Maria *Atlantica* appellari; & etiam abunde cognoverimus, veteres pene omnes ea fuiſſe in ſententia; naturæ & rerum fines, Cymmerias tenebras, fœdam uliginem, intranabiles paludes, & vaſtum demum Chaos inibi verſari.

Pag. 46. Οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι] Sentit idem doctiſſimus *Junius* orbes hoſce eſſe inſulas *Britannicas*. Et

quidem si poetarum ratio aliqua sit habenda in re seria, rectissime; *Seneca* enim appellat, *Orbem ultra* oceanum, *Manilius*, *novos quos pontus subduxerat orbes*. *Virgil. penitus toto divisos orbe Britannos*. *Claudianus*, *alio quæsitos orbe*, & *nostros diductos mundo*. Sed nec desunt historici qui istis succenturientur. *Josephus* appellat ἑτέραν οἰκουμένην. *Lucius Florus*, de iis verba faciens, ait *Cæsarem respexisse Oceanum, & quasi hic Romanis orbis non sufficeret, alterum cogitasse*; quem sensum iisdem fere verbis expressit *Velleius Paterculus*. Imo nec aliter sensisse visus est *Urbanus Papa Rom.* qui *Anselmum Cantuariensem* Archiep. *alterius orbis Papam* agnoscebat. At nihilominus cum omnibus retro seculis, magna hominum animos tenuit anticipatio istius *Americani* orbis qui nunc detegitur, & *Plato*, *Aristoteles*, *Plinius*, *Ælianus*, *Seneca*, *Tertullianus* non obscure videntur eum adumbrasse; *Origenis* sententiæ potius accedo, qui *l.* 2. περὶ ἀρχῶν hæc verba enarrans, ad trans mare ἀντιχθονας, hoc est regiones *Americanas* retulit:

retulit. Fatendum quidem est, eum misere hallucinatum, quando ea quæ habentur 2 *Pet.* 3. 13. in hunc etiam sensum pertraheret: sed si aliquando dormitaverit, nemo ipsi jure interdicat, ne denuo expergiscatur, nec solemus comperta dicentibus fidem abrogare; eo quod alibi, eandem per errorem lusisse deprehensi sunt.

Pag. 46. Ἀνέμων ταθμοὶ] Etiam venti utcunque inconstantes legi subjiciuntur, annua agnoscunt flamina, & statis temporibus quasi ex condicto redeunt; adeo non penitus *ubi vult spirat ventus.*

Pag. 53. Διὸ μὴ δίψυχῶμεν, μηδὲ ἐνδιαπίθω] *Duplex* iste *animus*, apud scriptores sacros pessime audire solet, ut sit ἀνὴρ δίψυχος, *instabilis, varius, fluxæ*, imo *nullius fidei*; qui *cor* illud, quod Deo opt. max. in solidum debetur, inter *ipsum* & *Satanam*, pietatem & lucri compendia, voluntatumque illecebras partitur & dispescit. Ἐνδιαπίθω autem est φαντάζεσθαι, spectra & phasmata captare, inde *Jerem.* 17. 3. בָּמָה quæ alibi δαιμόνια redduntur, ἐνδιάλμασι à 70. dici meruere, quo omnino si-

gnificatu eadem vox occurrit *Sap.* 17. 3. qui ergo inani φιλαυτία sibimet ipsis placent, & seipsos ut sine merito, ita etiam rivali depereunt, quosque B. *Judas* ἐνυπνιαζόμενοι appellat, ii sunt à quorum labe & morbo *S. Clemens* cavere hortatur, atque suadet.

Pag. 57. Ορνεον γάρ ἐστιν] *Photius* in biblioth. (pro irritabili criticorum indole) vitio vertit authori nostro quod de *Phœnice* hic verba fecerit: meminisse autem potuit, in S. literis, saltem ex mente 70, *Hieron.* atque aliorum interpretum, animalia recensèri non magis à naturalis historiæ, & Philosophiæ peritis agnita, quam *Assyria* hæc volucris, quæ *proprii corporis hæres, & cinerum fœtus, redivivo carnis suæ humore reparari, & de funebri rogo resurgere perhibetur*, *ibi etenim* אִיִּים לִישׁ פֶּרֶס אקו לִילִית תַּנִּים שְׁעִירִים τραγέλαφοι, *Gryphes*, μυρμηκολέοντες, *fauni*, *satyræ*, *sirenes*, *lamiæ*, redduntur. Imo vero disquisitionem aliquam meretur, an non de *phœnice* expressa habeatur mentio in S. Script. nimirum *lib. Job. c.* 29. 18. ubi dicit עִם קִנִּי

עם קני אגוע וכחול ארבה ימים *expirabo in nido meo, & ſicut Phœnix multiplicabo dies.* Vetuſtiſſimi apud Heb. Authores, & maximi nominis, *lib. Zohar. Talmud.* in *tract. Sanhedrin. Bereſhith rabba lib. Ialkut. R. Salom. Iarchi*, in Comment. in locum, certe ſunt in ea ſententia; quin & in Maſora ſpecialiter notatur, quod vox hæc חול aliud ſignificet quam vulgo, de qua *Hieron.* in Epiſtola ad *Præſidium. Et vero ex nota quadam Maſoretica quæ ad hanc vocem adſcripta legitur, in quibuſdam bibliis manuſcriptis, qua præſcribitur bis reperiri, idque in duabus ſignificationibus; ſequitur apud Iobum phœnicem ſignificare, cum Gen. 22. 17. Arenam ſignificet*, porro dicit *R. D. Kimchi* ſe inveniſſe vocem חול cum *Shurek* ut *Phœnicem* ſignificet in libro correcto *Hieroſolymitano.* Revera 70. Seniores ita reddunt has voces ἡ ἡλικία μου γηράσῃ ὡσεὶ φοίνικος, ubi φοῖνιξ homonymum eſt, & *palmam* non minus quam *Phœnicem* effert. Sed quandoquidem חול *Palmam* nunquam denotare cognoſcitur, cogitandum venit utrum increde-

dibile prorsus sit τὸ στέλεχος hic in eo significatu apud eos positum quo *stirps* & *stemma* in omnibus fere *dialectis* passim usurpantur; quod si fiat, ipsi 70. Interpretes omnino Phœnicem agnovere. At vero si *mantissæ* loco adjiciatur, Authores laudatissimos, qua sacros, qua profanos, nimirum *Herodotum*, *Tacitum*, *Dionem*, *Plutarchum*, *Plinium*, *Senecam*, *Melam*, *Solinum*, *Philostratum*, *Libanium*, *Tertullianum*, *Originem*, *Cyrillum* Hieros. *Eusebium*, *Nazianzenum*, *Epiphanium*, *Synesium*, *Hieron.* *Ambrosium*, *Lactantium*, *Bedam*, &c. ut totam *Poetarum* gentem & sequioris ævi scriptores præteream, eadem fuisse in sententia; minime mirum videri debet (utcunque *Bochartus* aliter senserit,) Doctissimum *Junium* apud se statuisse, satius esse tantis *auspiciis errare*, præsertim in re ubi sine noxa peccatur, quam contrariæ sententiæ fautoribus accedendo vel *recte* sentire. Certe cum *Cornelius Tacitus*, cui adstipulantur reliqui istius seculi historici, diserte dicat *Paulo Fabio* & *Lucio Vitellio* Coss. *post longum seculorum ambitum*, *avem Phœnicem in Ægyptum veniisse*,

veniſſe, & præbuiſſe materiem doctiſſimis indigenarum & Græcorum, multa ſuper eo miraculo diſſerendi, minime putandum eſt eum merum mendacium, & puram putam fabulam effutiiſſe: præſertim quando ſatis conſtat quantum olim malus *Dæmon* miſerorum hominum ſuperſtitioni & ignorantiæ inſultabat, quantumque è re ſua erat ea tempeſtate, cum *Evangelii* ſplendor terrarum orbem vitalibus radiis ſalutare inciperet, notabili aliquo commento ſeipſum venditare; & quidem qui ſe pro *aëris principe*, per *avium* miniſteria, & univerſum *auguralis* ſcientiæ apparatum geſſerat, quique celeberrima illa *Jovis Dodonæi* apud *Græcos*, atque *Hammonis* apud *Ægyptios* Oracula ſolenni avium πρωτεια dedicaverat, (de qua re inter alios conſuli poteſt *Herodotus* in *Euterp.*) non abſurde feciſſe videbitur, ſi nutantia ſua ſacra ſtabilire conaretur, revocato eo oſtento *Heliopoli*, quod animos hominum pridem imbuerat; promptiſſimamque fidem ſibi ſpondere poterat. Nimirum quod poſt longa quædam intervalla, *Avis* formæ

prorſus

prorsus insolitæ, à colore saltem si non & veteri nomenclatura *Phœnix* dicenda, sese ostentaret, *quæ sublato*, ut verbis *Taciti* utar, *Myrrhæ pondere, tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit*, sarcinam suam *ad Solis Aram perferret, atque adoleret*: atque Officio illo plane mirabili non minus quam *munere*, honorem altáribus adderet. Ostentum certe illud quod *Tarquinio prisco* animos dedit, ut apud *Romanos* imperium capesseret, (ut alia à *Livio* memorata præteream,) multum ex hoc trahere videtur, nec non ei *facem* præferre. Sed si hæc minus satis faciant; breviter dici poterit *Phœnicis* historiam apud omnes pro concessa habitam, & proinde argumento *ad homines* ducto, rectissime inservire: nihil enim refert quibus armis hostem confodiamus; nec minus feliciter ab admisso *errore* redarguetur *error*, quam à *veritate* in medium producta veritati *fides* & auctoramentum accedunt. Nec aliter videtur *B. Paulus* cum in hoc ipso negotio, apud hosce arbitros, (*Corinthios* intelligo) versaretur, allegasse

in

in cauſam ſuam, *morem*, pariter cum *Phœnicis* hac hiſtoria improbabilem, *baptiſmum pro mortuis*; ut exinde *reſurrectionem* comprobaret.

Pag. 77. Ἀναθάλλει εἰς τὸ ϑαυμαστὸν αὐτῦ φῶς] Subſtituendum putat doctiſſimus *Junius* ἀναθῆι vel ἀναθεωρεῖ: aut ſaltem locum aliquanto luxatum ita reſtitui debere. Διὰ τῦτο ἐν τῇ ἀσωνίτῳ ⊕ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν ἀνατέλλει τὸ ϑαυμαστὸν αὐτῦ φῶς. Sed quando verba D. *Pauli* perpendo *Philip.* 4. 10. ἐχάρην ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν· ubi certo certius eſt vocem ἀναθάλλω reponi per *Metaphoram* pariter duram, & inſolentem; nihil. facile mutaverim: præſertim cum *Pſalmo* 28. *v.* 10. habeatur ἀναθάλλει ἡ ψυχή μου pro יעלץ לבי quod *Aquila* vertit ἐγαυριάσατο & *Symmachus* ἱλαρύνθη· & ipſi 70. *Pſalmo* 16. *v.* 9. ἐυφράνθη ἡ καρδία μου. Periodum igitur ita reddi poſſe exiſtimo, *Intellectus noſter inſipiens & obtenebratus revivi ſcit, aut exultat in admirabili ejus luce.*

Pag. 78. Ηγεμόνοις ἡμῶν] Legerem αὐτῶν. plus enim S. *Eccleſiæ Patres*

Patres à bello abhorrebant, quam ut *Tribunos militares*, duces *suos*, appellare sustinerent. Eo autem fidentius conjecturam interpono, quia vox ἡμῶν per lacunam in exemplari desiderata, ex *conjectura*, quæ omnibus ex æque patet, primum à *Junio* restituebatur.

Pag. 78. Πᾶς ἀνελικῶς] quam strenue, alacriter, impigre. Mavult quidem Doct. *Junius* ut ἀνήκτως legatur: sed minime necesse est quicquam immutare: etenim à *Platone* lib. de leg. ἀνελικοὶ ad *militiam* requiruntur; quinimo integri ætate & viribus ubique gentium in milites adscripti, qui בחרים, παῖδες, νεανίαι, *Pubes*, passim dicti, ideoque vigente disciplina, *Pancratiastarum* more ad ἀνδρίαν, sive ἀκρότητα τῆς ὑγιείας exercebantur: unde *B. Paulus*, 2 *Tim.* 2. 4. *mandat*, κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης.

Pag. 85. Περισφοροῖς] Satis constat δῶρα, ἀποφοροὶς, quodque eodem redit ὁσμὴ ἀνδρίας, voces esse in novo *Testamento* receptas, an vero per *metaphoram*, & blandiora *tropi* tormenta usurpentur, aut absolute ex usu communi, & recepta *Eccle-*

siæ

siæ praxi admissæ fuerint, altius repetendum. Et quidem si *Canones* ii, qui *Apostolorum* nomen præferunt, *illos*, aut saltem *Clementem* hunc nostrum (quod à quibusdam dici solet) *Autorem* haberent; nullus supereſſet dubitationi locus. *Canon* enim tertius sic ait: εἴτις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὸν τοῦ κυρίου διάταξιν, ἐπὶ τῆ θυσία προσενέγκῃ ἕτερόν τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ὄρνιν, ἢ ζῶόν τινα, ἢ ὀσπρια παρὰ τὸν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων καρπῶν, ἢ στάχυος τῆ καιρῷ τῆς θέρους, &c. Sed quandoquidem de eorundem *Canonum* fide dubitatur; obſervari debet, quod primis *Eccleſiæ* temporibus, non ſolum ſingulis *diebus dominicis* in Chriſtianorum conventu, ex *D. Pauli* mandato, pauperum gratia *collectam* pecuniariam fuiſſe inſtitutam; ſed etiam ἀπαρχάς quædam, doni ſeu *oblationis* nomine ſacræ menſæ fuiſſe allata: hinc ſæpius in hac ipſa *Epiſtola* τῆς προσφορᾶς mentio: ubi etiam *Epiſcopi* deſcribuntur hoc charactere & elogio quod ſint προσενέγκοντες τὰ δῶρα. In quem ſenſum Θεοφόρος *Ignatius*, nequicquam reclamante

plagoso S. *Patrum* Orbilio, *Dalleo*, ait ad *Smyrnenses* non licere absque Episcopo ἔτε βαπτίζειν, ἔτε ἀγαπὰς ποιεῖν, ἔτε θυσίαν ἀναιμάκτε. Nec aliter *Justinus* Martyr, tum elementa ad *Eucharistiam* adhibita, tum ad *Eulogias* absentibus mittendas destinata *Apol.* 2. disertis verbis ἀναφορὰς appellat. Sed apertissime omnium *Irenæus l.* 4. *c.* 39. rem totam exequitur. *Dominus, inquit, discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati*; quod sæpius ingerit *cap.* 33. & 34. ut & alibi passim. Quibus succinit *B. Cyprianus* de opere & eleem. *Dominicum celebrare te credis, quæ corbonam omnino non respicis, quæ in dominicum sine sacrificio venis, quæ partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis? &c.* quæ fere descripsit D. *August.* Serm. 13. *de temp.* dum ait, *Oblationes quæ in altari consecrantur offerte: erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicet.* Atque hanc ipsam ob causam *oblationum vox* tam frequenter apud antiquissimos Ecclesiæ *Patres*

tres occurrit, præsertim ubi de *Eucharistiæ* mysteriis agitur; ut & in *Missali Romano*; imo vero & in Ecclesiæ nostræ *Anglicanæ* solenni *Officio* etiamnum retinetur. Nimirum ut sacratissima eucharistiæ *Mysteria* τὰ ἱερωτικὰ sive *pacifica* omnino videri possint, par erat ut qui sacris *operaretur*, *munera* sua *Deo offerret*, cumque eadem participaret sacræ admotus *mensæ*, numinis *conviva* fieret, possitque ut *D. Pauli* verbis utar ἰχθυοφαγεῖν μυστηρίων. Porro adverti debet eam fuisse primitus non modo *Eucharistiæ*, sed & *Oblationum* religionem, ut ab illa *detineri* ἀφορισμῷ sive *Excommunicationis* gradus haberetur, & proinde apud sacros *Canones* præsertim *Ancyranos*, κοινωνία χωρὶς προσφορᾶς tanquam districtioris *censuræ* & segregationis *nota* solebat irrogari: utcunque hoc minus *observatum* à viris undequaque doctissimis, quibus ad *missæ* sacrificium per omnia intentis, rem satis manifestam perspicere non vacabat: quinimo in gravissimam inexpiabilis delicti *pœnam* cedebat, si cui post mortem animadversio illa

prorogaretur; nec in veniæ indultæ fidem, *oblationes defuncti nomine*, quasi postliminio reciperentur: adeo *Deo* & sacris elargiri, non *jactura*, sed *privilegium* & *lucrum* nascente *Ecclesia* habebatur. Sed nunc temporis præparca & *frugi* obtinet *pietas*: abunde numen *demeretur* qui non *spoliaverit*; impendio *liberalis*, qui per sacrilegium nihil *abstulerit*: satisque pro *aris focisque* credetur decertasse, quisquis non *aras & templa* ipsa focis consumenda demandaverit.

Pag. 85. Ωεισμβόις καιροῖς καὶ ὥραις] *Omnibus tempus determinatum est, & opportunitas omni negotio sub cœlis*, inquit vir *Sapiens*, *Eccl.* 3. 1. Et quidem serio dolendum, si cum paratas sibi habeant *vices* leviſſima vitæ munia, sola *pietas*, in cujus obsequium vita ipsa, & omnia ævi spatia concessa fuerant, temporis limitibus excluderetur. Revera *septimum* diem humano generi à condito mundo, *maximis*, hoc est, *Juis auspiciis* sanctum voluit *Deus*. Unde postquam in ejusdem παλιγγενεσίᾳ, novam reparati orbis *Epocham* instituisset, paribus eam *privilegiis*,

vilegiis, & quasi infulis donavit, & ἡ κυριακὴ sacrosancta facta est *religio*. Quinetiam quandoquidem *Salvator* noster pietatem discipulorum suorum, *Mosis* sequacium νηστειῶν superare voluit; apud quos, ultra *Sabbati* solennia, *secunda* & *quinta* Sabbati habebantur *Sacræ*, ne, ut ait *Maim. tephilla ubircath Cohenim* c. 12. n. 1. *trium dierum spatio auditione cessaretur*; (unde fluxit mos jejunandi δὶς τοῦ σαββάτου cujus mentio *Luc.* 18. 12.) par erat ut saltem iisdem *intervallis*, apud Christianam pietatem professos, sacra redirent *munia*; quod utique factum, nimirum *stationum* diebus ad *quartam* & *sextam* promotis, quod passim ex *Tertulliano* discimus, & etiam à *Clemente Alexandrino*, qui eas πεμπάδα καὶ παρασκευὴν, sive ἡμᾶς τὴν ἀφροδίτης appellitat; licet diu sit, ex quo *Romana Ecclesia* ab antiquissima hac praxi desciverit. In *minutioribus* temporis *intervallis* consimilis omnino ratio; e. s enim, quæ in *Ecclesia Judaica* receptæ fuerant, vices, non à *Domino* nostro tantum, sed insuper ab *Apostolis* agnitas videmus: proinde *Act.* 3. 1.

πλὴν ὥρᾳν τ῀ προσδυχῆς, solennioris officii causa D. *Petrum* & *Johannem* in *Templum* perduxisse, verbis disertis dictum est. In *Synagoga* licet lege nulla de *Precibus* caveretur, singulis diebus *tres* recurrebant earundem vices ומצאו התפלות בכל יום שלש ערבית ושחרית ומנחה *Maim. Iad.* tract. de *precibus & benedict. sacer.* c. 1. v. 4 quas etiam *Christianæ* Ecclesiæ moribus receptas *Tertullianus* in *lib. de jejun. Cyp. de Orat.* nec non *Hieron. ad Lætam & Demet.* nescire nos vetant. Addi his non injuria poterit, tam egregium *horarum* sacrarum usum fuisse ad promovendas pietatis rationes, ut *Julianus Apostata*, postquam pro comperto habuisset, fidem *Christianam* vi & injuriis non posse superari, atque *imitationis* tyrannide demoliendam statuisset, Gentilismo suo introducendas curavit ὠφελῆ πε ῥητῶν τῶ ἡμιερῶν πατγμίνας εὐχάς, teste Sozom. *l.* 9. *c.* 15. Quod etiam *Apollonium* Tyanæum fecisse discimus à *Philostrato l.* 4. vitæ ejus c. 8. Apud *Turcas* eundem invaluisse morem nemo est qui nescit.

Pag.

Pag. 86. Λαϊκὸς ἄνθρωπος] nulla tam misera, tam addicta *servitus* est, quam δουλεύοντος τῇ ἰατρικῇ, alias viri doctissimi *Salmasius* & *Seldenus*, ut alios minorum gentium criticos præteream, *Calvini* aut *Erasti* placitis addictos, nunquam tam graviter in *arte* quam profitebantur lapsi essent, ut dicere sustinerent, *olim presbyteros fuisse Laicos*; *& laici vocem quatenus Clero contradistinguitur*, *serius in Ecclesia obtinuisse*. *Ignatii* loca non affero, siquidem novatores quando ejus autoritate premuntur, breviter se expediunt dicendo ψευδεπίγραφον eum, aut interpolatum.

Pag. 89. Μωμοσκοπηθὲν] Integras, puraſque *hostias* omnis religio deposcebat; unde sacerdotibus id negotii dabatur δοκιμάζειν καὶ ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα, qui apud Scriptores nostros & Helleniſtas μωμοσκόποι, (non, quod in *Glossario* Latino-græco à *Stephano* in lucem edito placuit, βωμοσκόποι) dicebantur.

Pag. 89. Καθίσανον τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι] *Primogeniti* olim natalium jure *sacerdotium* vendicabant; primitivæ autem

tem *Ecclesiæ* usus id maxime poscebat, & plurimi intererat ut *conversus* quilibet non *confirmaret* modo, sed & *faceret fratres:* festinataque anticipatione ætati juxta suæ, & futuræ prolis, in *patrem* nasceretur. Huic mori digitum intentat *Epiphanius* hæres. 75. Et ex *Actor. lib.* & D. *Pauli* epistolis constat, ecclesias tunc temporis fuisse, quæ civitatis totius nomine censerentur, κατ' οἶκον constitutas. *Episcopos* vero *spiritus sancti* monitis, huic curæ admotos fuisse ex *Act.* 1. 24. *Act.* 23. 2. 1 *Tim.* 4. 14. discimus; quod & *Eusebius* ex *Clemente Alex.* de B. *Johanne* refert; dum illum narrat *Episcopos* in ecclesiis *Asiæ* ordinasse τῶν ὑπὸ τοῦ πνεύματος σημαινομένων. Cujus rei vestigia etiamnum comparent, siquidem licet nunc temporis nec sacram audiamus *venti* irruentis procellam, nec divinos capita lambentes intueamur *ignes*, ad *sacerdotium* nemo admittitur, nisi qui prius professus fuerit, se *sp. sancti instinctu vocatum ad munus istud suscipiendum*, & ita post preces solenniter pro ejusdem largitione factas; de-

demum hac formula ordinatur: *Accipito Sp. ſanctum.*

Pag. 89. Καταστήσω τὰς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ, καὶ τὰς διακόνους αὐτῶν ἐν πίστει] In Heb. שמתי פקדתך שלום ונוגשיך צדקה vertunt δώσω τὰς ἀρχοντάς σε ἐν εἰρήνῃ, καὶ τὰς ἐπισκόπους σε ἐν δικαιοσύνῃ. Obſervari poteſt פקדה quod alibi ſæpe ἐπισκοπὴ redditur (ſed procurationem & miniſterium omne ſignificat) hic efferri per διακόνους, & שלום quod per εἰρήνην explicari ſolet, (ſed bona quæcunque denotat,) hic πίστιν (nec id quidem incommode) verti: inſuper tranſponi Epiſcoporum, Diaconorumque mentionem, ut ordo utriuſque muneris rectius conſtaret: hæc autem ſatis opportune à S. *Clemente* referri ad Eccleſiæ Chriſtianæ præfectos non facile diffitebitur, quiſquis locum *Iſaiæ* perſpexerit, atque totum hoc caput ad *Meſſiæ* tempora pertinere, *Judæis* ipſis calculum apponentibus, meminerit.

Pag. 90. Ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις] In rebus geſtis enarrandis ſemper licere creditum eſt circumſtantias adhi-

adhibere, quæ narrationis filo rectius texendo videntur conducere, licet minime reperiantur in iis scriptis, è quibus historia ipsa primitus petebatur. Hoc jure utebatur *S. Steph. Act.* 7. B. *Paulus* 2 *Tim.* 3. 8. & ad *Heb.* 12. 21. ut & alii passim. *Josephus* cum negotium hoc enarrat, ait virgas facile cognitas τῶν τότε ἀνδρῶν καθαπτομένων αὐτὰς οἵᾳ ἐκόμιζον.

Pag. 100. Οὐ ἔρις ἔστω ἐπὶ τῷ ὀνόματι] Luculenta *præsentio* rerum apud nos gestarum, quæque *propheticum* Apostolici ævi, & viri spiritum profitetur. Olim *Schismata* & *hæreses* subinde orta, præ fastigii istius desiderio & ambitu, nunc idem ipsum contemtus & *odium* præstant: quinimo de nomine hoc, non lites modo natæ, sed bella & clades seris nepotibus, nisi *Deus* avertat luenda, causas & fomenta deduxere.

Pag. 93. Καταστάσεις ὑπ' ἐκείνων, ἢ μείζους ὑφ' ἑτέρων ἐπιτιμίων ἀνδρῶν, σωφρονισμοὺς τῆς ἐκκλησίας πάσης] Locus si quis alius apprime utilis, ad intelligendum quæ fuerint partes *cleri* & *plebis*, in Episcoporum ordi-

ordinatione. Κατάστασις ad *Apostolos* & *Episcopos*, συνευδόκησις ad *plebem* spectabat. Rem optime illustrat *B. Cyprianus* Epist. 68. *Diligenter de traditione divina & Apostolica observatione servandum est & tenendum, quod apud nos quoque & fere per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem cui præpositus ordinatur, Episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, & Episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, & uniuscujusque actum, de ejus conversatione perspexit: quod & apud vos factum videmus, in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, & de Episcoporum qui in præsentia convenerant, quique de eo ad vos literas fecerant, Judicio, Episcopatus ei deferretur, & manus ei in locum Basilidis imponeretur.* Ita in substituendo successore in locum *Judæ* traditoris cum *Apostoli* duos constituissent; fideles ex eorum mandato inquirunt, & ἐπισκοπῇ quadam *Episcopum* designant, ἐπισκέπτονται ἄνδρας μεμαρτυρημένους· cujus rei, cum obiter mentionem

tionem feciſſet, hanc cauſam aſſignat D. *Cyprianus* modo laudatus. *Hoc tam diligenter & caute convocata tota plebe gerebatur, ne quis ad altaris miniſterium, vel ad ſacerdotalem locum indignus obreperet.* Ita & *Timotheus* à B. *Paulo* ordinabatur, ſiquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν *Act.* 16. Verba *Originis*, hac ipſa in re *Homil.* 6. in *Levit.* legiſſe minime pigebit, qui ait, *requiri in ordinando ſacerdote præſentiam populi, ut ſciant omnes & certi ſint, quia qui præſtantior eſt ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui in omni virtute eminentior, ille qui eligitur ad ſacerdotium: & hoc adſtante populo, ne qua poſtmodum retractatio cuipiam, ne quis ſcrupulus reſideret. Hoc eſt autem quod & Apoſtolus præcepit in ordinatione ſacerdotis: oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab his qui foris ſunt.* Revera verba illa D. *Pauli* 1 *Tim. c.* 3. per eos qui *foris ſunt*, ſignificant eos qui ſunt *extra Eccleſiam*, ſed argumento *à minori* ex *Chryſoſt.* petito ſequetur, εἰ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, πολλῷ μᾶλλον ἀπὸ τῶν ἀδελφῶν. Iſte autem *Plebis* aſſen-

assensus, quem *Theodoritus* in causa *Petri* successoris *Athanasii l.* 4. *c.* 18. describit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας τῆς διφημίας ἐδήλωσε τῷ ἠδονῷ· in *Ecclesia nostra* etiamnum requiritur, & ante collatos *presbyteratus* ordines in solenni *Officio*, allocutio ad *Plebem* habetur in hæc verba. *Dilecti fratres, hi sunt illi quos annuente Deo statuimus hodie in sacrum presbyt. Ministerium cooptare, nihil enim invenimus post debitum examen obstare, quo minus censeamus, eos aptos & idoneos ad illud munus obeundum, adeoque legitime ad idem vocatos esse; si quis autem vestrum, in eorum quovis, gravius ullum crimen vel impedimentum cognoscat, cujus causa ad sacrum illud ministerium non debeat recipi, ne gravetur id extemplo in Dei nomine patefacere.* Nec aliud fere agitur, *in constituendis* apud nos *Episcopis*; licet enim *nominatio* (quæ quidem plurimum valere solet) penes sit *Principem*; *Electio* tamen ad *Presbyterium* sive episcopalis sedis *capitulum* (veteris *Alexandrini* moris ad instar, de quo *Hieron. Eutych.* & alii) etiamnum pertinet: ea tam enperacta (quod

etiam *Alexandriæ* factum intelligere est, vel ex loco *Theodoriti* modo laudati) plebis *assensus* demum expectatur: in quem finem, *Electi* à *Presbyterio* seorsim habita, ab iisdem *Plebi* universæ, in *Navi Ecclesiæ Cathedralis, solenniter solet renunciari*, qui plerumque eandem gratam atque ratam habent. In illo insuper *instrumento*, quo de istiusmodi electionis tenore & summa certior fit regia *Majestas*, *Cleri* item & *populi* quibus communicabatur per *Electores* electio recens facta, *approbatio* & *applausus* nunquam non memoratur. Accedente postmodum *electioni* istiusmodi *assensu* quem vocant *regio*, emanat ex parte serenis. Domini nostri *Regis mandatum* ad *Metropolitam* datum, ut ad electionis nuper factæ *confirmationem* quamprimum procedat, quod sine juris solennibus apud nos nunquam fieri consuevit: hinc *Metropolita*, cui *confirmandi* solennia jure competunt, *citationibus*, quam fieri potest maxime peremtoriis, omnes & singulos, qui sua putaverint interesse, compellat, ut die, hora & loco con-

convenientibus & præstitutis se sistant coram *Eo*, aut *Vicario* ejus *generali*, *causam* si quam habuerint, sive contra *electionis formam*, sive contra *personam* electam dicturi, & in forma Juris allegaturi: ubi vero tempus in citationibus assignatum advenerit, *Procurator* eligentium se sistit pro *Tribunali*, & *confirmationem* Episcopi electi instanter postulans, *petitionem* summariam exhibet, in qua ponit, & asserit episcopum electum, quoad *probitatem* morum, quoad *scientiam* tanto *muneri* congruum, quoad *ordines*, *natales*, *ætatem*, & alia id genus esse habilem, idoneum & *ecclesiæ viduatæ*, quæ eum postulat, apprime utilem, imo necessarium. Quæ quidem *petitio* summaria, ut & ea quæ in *subsidium probationis* per istiusmodi *Procuratorem* adducuntur, haud prius admittit *Metropolita* sive *Vicarius* ejus *Generalis* pro tribunali sedens, quam *Oppositores* (si qui sint) in istum locum, diem, & horam citatos *præconizari* jusserit, & nemine comparente (quod tamen non semper evenit) pronunciaverit *contumaces*. *Oppositoribus*

bus tamen non præcluditur objiciendi contra *personam* electam, sive *formam* ipsam *electionis* aditus, per *sententiam definitivam* electi confirmatoriam, nisi *præconizatis* iterato illis: quibus virtute *citationis* primariæ, per loca solita affixæ, semet *opponere* confirmationi jam expediendæ, vel in ipso momento sententiæ prolationem præcedente, integrum est. Ita ut *populi*, etiam quantumvis *laici*, non solum *approbationem* requiri, sed etiam *oppositionem* (si qua subest causa) attendi, imo & judicialiter solicitari, ex lege constat. Hæc eo liberalius congessi, quia reperti sunt nonnulli, quos dicere non piget in *Ecclesia* nostra *Anglicana*, temere & passim conferri *Ordines*; tanquam in fanaticorum colluvie, eosdem hodie esse *Clericos*, cras *laicos*, & denuo etiam *Clericos*; & tandem ne quid mendatio desit, Reverendissimos *Episcopos* in *Oenopolio* esse consecratos. Sed gratulamur nobis, quod eadem versemur in *contumelia* cum *Salvatore* nostro, & *sanctis Apostolis*, quorum *alter* οἰνοπότης dicebatur, *aliorum* solennis ad Apostolicum

sive

sive Episcopale munus *inauguratio*, *Musto*, & genialiter haustis Vini *cyathis* imputata fuerat.

Pag. 93. Επινομὼ δεδώκασιν] Hæc μονήρης λέξις negotium fecit viris undequaque doctissimis. Eruditissimus *Junius*, *præscriptas officiorum vices*; Clarissimus *Salmasius*, *Præceptum*; Reverendissimus *Usserius* Armachanus, *ordinem præscriptum*, Illustrissimus *Marca*, *formam*: Optimus *Hammondus*, *seriem aut modum successionis*, *catalogum*, *distributionem* aut *ordinationem* esse censent: & quidem satis constabit contextus ratio, quocunque ex istis modis interpretemur. Sed quandoquidem certissimum est, vocem νομὼ eodem omnino esset in significatu cum verbo νέμω, atque etiam ἐπινέμω; & apud *Herodian.* ita passim conjungi, quemadmodum hic apud *Clementem* nostrum cum verbo δίδωμι; simplicissimam judico *Hammondi* versionem, atque eidem accedendum.

Pag. 94. Τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν] Hanc periodum ita reddidit vir doctissimus, *non leviter peccabimus si eos repudiaverimus, qui sancte & si-*

ne reprehensione episcopatus munera offerunt, errore satis gravi & manifesto, sed istiusmodi cui solum animus alio intentus in causa esse potuit. Nos luxatas voces & sensa reposuimus, construendo τὰ δῶρα, non cum ἐπισκοπῆς sed συνίσχυσις.

Pag. 97. Επαφροι] Legit doctissimus *Boysius* Elienſis ἀνέπαφοι ex *Chrysost. hom.* 44. in *Genes.* qui ait *Josephum* in *Ægypti* fornace ἀνέπαφον καὶ καθαρὸν ἀλαμπῆναι, vel etiam ἄλαφροι, quod *Junius* mavult ἀλαφριζόμβοι, *Philonis* Judæi verbis adductus, qui hanc vocem ⁋ ἐπικυφίζειν synonymam facit, & sæpe conjungit: sic, ὡδὶ φυτεργίας· τὸ σωτήριον παιδείας ἐπικυφιζομβόλω καὶ ἐπιλαφειζομβόλω ὑδὶν ἴσχυσε βλάψαι. Fortassis vero ἔπαφροι, quemadmodum in exemplari habetur, non prorsus absurde retineri poterit, ut sensus sit, *eos qui per patientiam Deum honorarunt ab ipso exaltatos, niveoque candore nitentes, apud eum in æterna memoria esse.* Επαφρον dicitur apud *Galenum*, & alios, quod *Spuma obductum renidet & albescit*: γαλᾶς autem λάμπειν esse gloriæ cœlestis habitum abunde novimus: adeoque

que is festivæ omnis lætitiæ color, ut à *B. Juda*, qui in *pudendis gloriantur*, & laudi ducunt, ab ipso describi meruerint, ut sint ἐπαφρίζοντες τὰς ἑαυτῶν αἰσχυνας.

Pag. 97. Γίνεται] γάρ· κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις.] Sensus habetur licet non verba, partim sapient. 6. 35. & 1 Cor. 7. 14.

Pag. 101. Ἐν ἀρχῇ τοῦ εὐαγγελίου] *Evangelium* hic late sumi observat doctissimus *Junius*, ut *Epistolas Paulinas* complectatur; quemadmodum *Prophetarum* scripta & reliqua ἀγιόγραφα, à Domino nostro & Apostolis sub *legis* nomine recenseri solent. Aut respicere potest D. *Clemens* prima prædicationis *Evangelicæ* tempora, quando *D. Paulus* Ecclesiam Corinthiacam fundavit.

Pag. 120. Εἰ δέ τινὲς τῶν] Locum hunc citat *Epiphanius Hær.* 27. & etiam exemplo & moribus *Clementis* nostri descriptum ait: qui *Ecclesiæ Romanæ* Cathedræ à D. *Petro* admotus, se eo munere abdicavit, quamdiu *Linus*, & *Cletus* in vivis essent: ex qua duplici *successione* fortassis, si non potius ex *Ecclesiis*

à B.

à B. *Petro* & *Paulo* Judæorum gentiumque *Apostolis seorsim* aliquandiu habitis, fieri potest, ut adeo parum inter Scriptores conveniat, utrum *Clemens* immediate successerit *Petro*, an quarto saltem loco: licet non sim nescius aliam etiam causam à plurimis redditam, quod *scil.* nemo illi *Romæ* succedere liquido potest dici, de quo multum dubitatur an ipse *Romæ* unquam fuerat. Sed liti isti me non immisceo, neq; enim velim statuere rem omnino gestam non esse, quia geri minus est probabile. At obiter monendum, apud *Epiphanium* in loco supra memorato reponi commode posse, pro ἐνεστήτω, ὑστήτω, quanquam veterem lectionem retineat doctiss. *Petavius*. Sed hoc ipsum quod hic loci suadet B. *Clemens*, de se profitetur & spondet S. *Chrysost.* qui ait *Hom.* 11. ad *Eph.* εἰ μὴ ἦν τοῖς ἡμῶν τοῦτο ὑποπτεύειν, ἔτοιμοι ἦμεν ἀφαιρεῖσθαι τὴν ἀρχήν, ὅτῳ ἂν βούλοιντο· μόνον ἐκκλησία ἦτω μία. Et *Gregorius Nazianzenus* reipsa præstitit; qui ut seditioni obviam iret, postquam ad *Constantinopolitanam* sedem admotus esset, protenus τὴν ἀρχιερωσύνην παρητήσατο. *Socrat. Hist.*

Hist. 5. *c.* 7. Et merito id quidem, utcunque enim *Schismatis* macula, levioris notæ nunc temporis habeatur; *Cypriano* judice, adeo non lacrymarum lixivio eluenda fuerat, ut nec vel ipso *Martyrii sanguine purganda* crederetur. *lib. de unit. Eccles.*

Pag. 114. Πολλοὶ βασιλεῖς, καὶ ἡγέμονοι] Quales *Codrus*, *Lycurgus*, *Genusius Cippus*, *M. Curtius*, & *Scipio Africanus*, qui ingratam urbem relicturus, per quem stetit ut ingrata esse possit, *Clementis* nostri fere verbis, ei valedixit, dicens, *Exeo si plus quam tibi expedit crevi.* Quin & *Oedipus* λοιμικῆ πρὸς ἐνεστῶσ᾽ κηρᾶ ξενοπαθοδοκητὶς (authoris nostri verba affero) à poëta introducitur in eundem morem verba faciens,

Quicunque fessi corpore & morbo graves,
Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo,
Relevate colla, mitior cœli status
Post terga sequitur.

Tale etiam quiddam affertur à Cicerone, *in orat. pro Milone.*

Pag. 114. Ἐπιτάμεθα πολλὰς ἐν ἡμῖν παραδιδοὺς ἑαυτὰς] Hujus rei exempla dabit *B. Paulus* ad *Rom. c.* 16. *v.* 3.

v. 3. *Priscam* & *Aquilam*, qui *pro anima ejus suas cervices supposuerunt.* Et ad *Philip* 2. *v.* 30. *Epaphroditum*, animæ suæ *Parabolanum* παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. Sequentium temporum *Heroas* qui in hac laude claruerunt, referre mora esset. Gentis tamen nostræ *Protomartyr* Sanctus *Albanus* à nobis præteriri minime debet, *qui sub Diocletiano pro Clerico hospite, quem persecutionem fugientem susceperat, seipsum tradens, post verbera aliaque acerbiora tormenta, capite plexus est.* Quemadmodum *Baronius in An.* 303. ex *Beda* nostrate historiam narrat. Hoc autem in loco observari poterit, durante primævæ caritatis impetu, tantam fuisse *Parabolanorum* segetem, quibus id negotii dabatur, ut propriæ salutis dispendio alienam procurarent; inque tam magna *Collegia* hominum excreviſſe, ut eorum numerum *Imperatorum rescriptis* necesse esset coercere, quemadmodum videre est. *Cod. Theod. lib.* 16. *tit.* 2. *de Episc. Eccl.* & *Clericis leg.* 42.

Pag. Κλαυδίου, Ἐφησσου, καὶ Οὐαλεριανοῦ] Cum imperium in Claudia fami-

familia diu versaretur, non mirum plurimos libertos eo nomine honestatos. Et ex Cæsaris domesticis, plures fidem Christianam amplexos, docet nos Apostolus; *Phil.* 4. 22. Vid. 2 *Tim.* 4. 21. De *Valerio* Episcopo *Trevirensi* D. *Petri* discipulo mentio occurrit in *Martyrolog.* ad 29. *Jan.* De *Fortunato* agitur 1 *Cor.* 16. 17.

NOTÆ

IN

SANCTI CLEMENTIS

AD CORINTHIOS

Epiſtolam II.

p. 2. Ἀδελφοὶ ὥπως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν.] Immerito *Photius* (quod etiam supra monuimus) vitio vertit scriptori huic, quod nullas *de Salvatore nostro Deo convenientes, ac sublimiores voces protulerit*; cum hic in Epistolæ limine disertis verbis dicat, oportere de ipso sentire ὡς πρὸς θεοῦ. porro inferius *cap.* 8. dicat de ipso, ὄντα τὸ πρόσωπον πνεῦμα ἐγκύπτω σαρξ, verbis à D. *Johan.* mutuatis *c.* 1. *v.* 14. & *cap.* 4. *v.* 14. ubi dicitur πνεῦμα ὁ θεός.

Ibid. Μικρὰ φρονεῖν πρὸς τῆς σωτηρίας.] Pro *Judæorum* placito *Messiæ* regnum in terris somniantium; aut ad eorum dogma, qui promissa ad allegorias trahebant, dicentes *resurrectionem præteriisse* 2 *Tim.* 2. 18.

Ibid. Μισθὸν ἀνθρωποθίας] Locutio desumta ex *Psal.* 116. 11. quæ ita autori nostro placuit, ut eam ter in brevi hac Epistola repetiverit. Quemadmodum enim qui Dei patientia abutuntur, & flagitiis ad iram provocant, dicuntur ipsum *servitute premere Esai.* 43. 24. & qui pauperibus subveniunt *fœnerari*

nerari Deo, *Prov.* 19. 17. ita qui mandatis ejus obsequuntur, & pietatis officia præstant; non incommode vices referre, & mercedem rependere censeantur.

Ibid. Ὀφείλομεν ὅσια] *Act.* 13. 34. Eximia *Davidi* à Deo promissa beneficia, dicuntur illius ὅσια πιστά. Quæ *Isai.* 53. 5. audiunt חסדי דוד הנאמנים Hæc fidelibus omnibus per Christum etiamnum debentur; unde & illi, ceu ἀντιμισθίαν, ejusdem generis vices rependere debent.

Pag. 5. Εὐφραίνηται πεῖρα] Locus hic *Es.* 54. 1. ab ipsis *Judæis* ad *Messiæ* tempora refertur; & ab Apostolo in hanc mentem laudatur, *Galat.* 4. 27.

Pag. 9. Σωνηρμένοι ἐν τῇ κόλπῳ μου] Periodus ista, quod autori nostro solenne est, ex multis S. Scripturæ locis conflatur. Non enim tantum respexisse videtur *Mat.* 7. 25. sed etiam *Es.* 40. 11. nec non *Jer.* 22. 24.

Pag. 10. Ἀποκεκρυμμένος ὁ Πέτρου] Ex apocrypho desumtum. Sic & infra p. 24. qui locus ab altero *Clemente* Strom. 3. p. 465. laudatur. Sub ipsis

ipsis Apostolorum temporibus plurimos evangelia sua ecclesiæ intulisse, qui res à domino gestas parum exacte callebant, innuit D. *Lucas cap.* 1. Hæreticos vero *Apostolorum emendatores* se venditasse, locuples est testis *Tertullianus* adv. *Marc.* l. 5. Evangelia *Nicodemi*, *Nazarenorum*, sec. *Ægyptios*, &c. passim apud veteres laudantur.

Pag. 14. ἔχητε ὅσια] Sic lego admonente viro erudito, qui codicem Alexandrinum diligenter evolvens, observavit θεῖα non semel pro ὅσια literarum ductu admodum consimili *Junium* fallente substitui. Unde speciatim, *cap.* 6. primæ epistolæ lectio corrigenda est, ut scribatur ὁσίως, non θείως πολιτευσαμένοις. Quanquam enim dicamur θείας κοινωνοὶ φύσεως, 2 *Pet.* 1. 4. & *Math.* 5. 48. jubeamur τέλειοι εἶναι ὡς ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι, nullibi facile occurrit istiusmodi dicendi formula, ut dicantur aliqui θείως πολιτεύσας.

Ibid. Πάντες στεφανῶνται] Idem ab Apostolo dictum 1 *Cor.* 9. 24. Scil. unus βραβεῖον solenne, sive coronam obtinuit; aliis præmia quæ-

dam tanquam solatia victorum cessere. Quod quidem factum hac sub conditione, ut ad metam & palmam proximi fuerint: alios enim dedecus & jactura solum manebant. In certaminibus nostris idem fere obtinet; extra terminos metæ vicinos à tergo in stadio relictos, *distantia affectos* appellamus. De primis, secundis, tertiisque præmiis, videatur *Faber* Agon. *l.* 3. *c.* 20.

Ibid. Ἐὰν τις ἐρεθῇ φθείρων] Agones diis sacri; proinde impietatis genus erat contra solenniorum leges delinquere. Vid. *Fab.* Agonist. *l.* 3. *c.* 17.

Pag. 17. Τῷ στεφανίδι] Baptismum intellige. Locum hunc pariter explicant *Tertullianus* adv. *Marc. l.* 4. *Cypr.* ad *Demet.* & *Hieron.* in comment. Vid. *Apoc.* 7. 3.

Ibid. Πηλὸς γάρ ἐστιν] Ita *Cyprianus lib.* de mortalitate. *Qualem te invenit Deus, cum de hoc mundo te evocat & accersit, talem pariter & judicat.* Et ad *Demet. Quando illinc excessum fuerit nullus jam locus pœnitentiæ est, nullus satisfactionis effectus. Hic vita aut amittitur, aut tenetur.*

Hic

Hic ſaluti æternæ cultu Dei & fructu fidei providetur. Succedentes Patres multi ſunt in hac re, donec lucroſum Purgatorii dogma, vicaria ſuperſtitum merita terrarum orbi ſibi vitiiſque faventi commendaret, & venale cœlum haſtæ ſubmitteret.

LOCA:

S. SCRIPTURÆ

Quæ in prima

CLEMENTIS ad CORINTH.

Epiſtola laudantur.

Gen. 1. 9, 10.
1. 26.
2. 14. 23.
4. 3.
12. 1.
13. 14.
15. 5.
18. 27.
28. 15.

Exod. 3. 11.
4. 10.
32. 32.

Num. 11. 21.
12. 7.
18. 27.

Deut. 4. 34.
7. 6.
9. 12.
32. 15, 32.

Job. 1. 1.
4. 26.
5. 17.
14. 4.
15. 2. 15.
19. 25, 26.
28. 15.
38. 11.

Pſal.

Pſal. 2. 7.
3. 6.
11. 4.
17. 20.
18. 2.
21. 7.
23. 1.
30. 19.
31. 1, 10.
33. 12.
36. 16, 35.
38. 7.
46. 16.
49. 14.
50. 1, 19.
61. 5.
68. 31.
77. 36.
88. 21.
103. 4.
109. 1.
117. 18, 19.
138. 7.
140. 5.

Prov. 1. 23.
2. 21.
3. 12.

Eſai. 1. 16.
3. 5, 29.
5. 19.
6. 3.
26. 20.
29. 13.
40. 16.
41. 8, 10.
53. 1.
60. 17.
62. 11.
64. 4.
66. 2.

Jerem. 2. 23.

Ezech. 33. 11.

Dan. 6. 14.
7. 10.

Malach.

Malach. 3. 1.
Mat. 18. 6.
24. 35.
26. 24.
Marc. 9. 42.
Luc. 6. 36.
17. 2.
Act. 13. 22.
Rom. 1. 29.
2. 24, 29.
12. 5, 13.
1 Cor. 3. 29.
7. 31.
15. 36.
2 Cor. 10. 17.
12. 20.
Eph. 4. 4.
Philip. 4. 5.
Col. 3. 14.
1 Theſſ. 1. 5.
1 Tim. 2. 8.
5. 1, 21.
6. 1.
Heb. 1. 3, 7.
3. 2, 5.
4. 15.
8. 12.
11. 31.
Jam. 1. 8.
2. 21, 23.
1 Pet. 1. 21.
4. 8.
5. 5.
2 Pet. 2. 6.
3. 3.

LOCA
S. SCRIPTURÆ

Quæ in
EPIST. ad CORINTH. II.
Laudantur.

ESai.	29.13.		16.12, 26.
	54.1.	Luc.	10. 3.
	66.24.		12.4, 5.
Ezec.	14.14,20.		13.27.
Mat.	7.11, 20.		16.13.
	9.13.	1 Cor.	2. 9.
	10.16, 28, 32.		15.12.
	12. 50.	Heb.	11.29.

FINIS.